

SCRIPTA

Numéro Scripta : 393

Auteur(s) : Robert Ier, Dreux (comte)

Bénéficiaire(s) : Jumièges, Saint-Pierre (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1158

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Transaction entre Robert[Ier le Grand], comte de Dreux, frère du roi de France, et la comtesse Agnès de Braine sa femme d'une part et d'autre part Pierre [de Cluny], abbé de Jumièges, au sujet de la terre de Bû : les religieux auront dans leur dépendance la partie du territoire de Bû qui se trouve séparée du château par le chemin de Dreux tendant au Coudray-Henri ; tous leurs vassaux seront francs, quittes et exempts de tous droits coutumiers, et, si quelqu'un d'eux, venant à frapper ou même à tuer un des sujets du comte, peut se retirer au-delà du chemin sur leur territoire, personne ne pourra le poursuivre ni l'arrêter, mais il en sera fait justice par le religieux qui pour lors sera prieur de Bû ; à l'égard du petit bois, qui se trouve sur la partie du territoire dépendant de l'abbaye, ni le comte ni les religieux ni leurs hommes ne le pourront couper, mais il sera conservé en commun pour les travaux à faire à l'enceinte du village et du château ; pour la partie du territoire de Bû qui est au-delà du chemin du Coudray, où est situé le château, elle appartiendra au comte, à la réserve des églises et de l'hôpital qui resteront aux religieux ; ceux-ci percevront la dixième semaine de tous les droits de marché et de four, et la dîme des fruits, des cens et généralement de tous les revenus qui appartiennent ou pourront appartenir au comte ou à ses héritiers, dans toute l'étendue de la seigneurie du château de Bû, le comte devant percevoir les neuf autres semaines ; appartiendront aux religieux les droits qui se perçoivent sur les légumes et les herbes, de quelque nature qu'ils soient ; les droits de la foire Saint-Léger seront partagés également entre le comte et les religieux ; les religieux et leurs hommes pourront prendre dans la forêt de Bû tout le bois de chauffage et de construction qui leur sera nécessaire ; toutes les terres pâturables des deux côtés seront communes aux hommes du comte et des religieux, tant qu'elles resteront en nature de pâturage ; toutes les terres de la seigneurie de Bû seront mesurées et, sous certaines réserves, partagées par moitié ; les religieux, tant qu'ils enverront leurs vassaux au moulin des Osmeaux, qui appartient au comte, percevront la dixième semaine du revenu du moulin, tant en grain qu'en argent, mais, en cas de défense de leur part, ils ne pourront prétendre à ce droit ; ils ne paieront aucun droit de mouture pour les grains qu'ils feront moudre pour eux et leur domesticité ; ils percevront la dîme là où le comte lève le champart ; le prévôt de Bû, dans le troisième jour qu'il aura obtenu la prévôté, prêtera serment de fidélité au prieur de Bû et jurera d'observer tous les droits des religieux ; le comte, la comtesse sa femme, ses fils ou tout autre de ses héritiers qui possédera la seigneurie de Bû, pour reconnaître que le château est situé dans la dépendance de Jumièges, livreront tous les ans au prieur de Bû dix livres de cire, dont le prieur fera faire un cierge qu'il enverra à l'abbaye pour y être allumé et y brûler en l'honneur des apôtres saint Pierre et saint Paul ; les religieux, en reconnaissance de ce bienfait, célébreront chaque année l'anniversaire du comte ou l'anniversaire de celui à qui, après lui, reviendra la seigneurie de Bû.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Vernier Jules-Joseph, *Chartes de l'abbaye de Jumièges (v. 825-1204)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1916, 2 vol., n° LXXIX, t. 1, p. 194-199.

Dissertation critique

Du 20 avril au 11 avril 1159 d'après J.-J. Vernier. Cette datation est celle du diplôme de Louis VII qui confirme l'accord.

Texte établi d'après a

Ego Robertus, frater regis Francie, comes Dro[carum, et Agnes Brane cometissa, uxor me]a, cum filiis nostris, notum volumus [fieri pre]sentibus et futuris quod compositio subscripta de manerio monachorum Gemmeticensium de Beu inter nos et Petrum ipsius loci abbatem, mediante venerabili viro Roberto, Carnotensi episcopo, nutu fratrum ipsius loci, ita facta est : quod habebunt ipsi monachi propriam eam p[ar]tem territo[r]ii de Beu quam via Drocensis tendens ad Coriletum Henrici dividit a castello de Beu ; habebunt quoque illius partis hospites ab omni om[ni]no consuetudine quietos, liberos et immunes, ita etiam quod si forte aliquis eorum aliquem de hominibus nostris vel aliquem alium vulneraverit vel occider[it et] non detentus poterit inde evadere seque ultra pretaxatam viam in propriam monachorum partem recipere, nulli omnino liceat eum eousque persequi [vel] ibi capere ; sed justiciam inde accipiemus per manum monachi qui prior erit de Beu. Verumtamen parvum illud nemus quod est in parte propria monachorum, nec nos nec monachi nec nostri vel eorum homines incident nec aliquo modo vastabunt, sed communiter ad claustrum ville et castelli illud conservabunt. Ea vero pars territorii de Beu quæ est ultra sepedictam viam a parte castelli propria cedit nobis, exceptis ecclesiis et hospitalicio, [mona]chis ibi manentibus ex arbitrio et dispositione prefati episcopi dividendo. Et ita etiam quod monachi habebunt decimam septimanam in om[ni]bus reddi[t]ibus mercati et furnorum, decimam quoque frugum et censuum omniumque omnino reddituum quos nos vel heredes nostri in toto illo territo[r]io habuer[imus vel per] castellum de Beu, excepto ecclesiarum jure, acquirere potuerimus, ita libere et quiete sicut et nos novem nostras habemus septimanas. Porro etiam hab[ebunt] totum teloneum olerum, porrorum, alliorum et unionum omniumque herbarum quæ venduntur et ad pulmentaria faciunt. Feriam vero sancti Leodegarii nos et monachi communem habebimus per medium ; necnon monachi et homines eorum in nemoribus de territorio de Beu et in aliis sub garantia et tuitione nostra accipient ligna et nemora ad calefaciendum et ad hospitandum ubicumque homines nostri ea acceperint. Quod si contigerit aliquem hominum monachorum alicubi disturbari, nos ipsum quasi aliquem de nostris propriis hominibus requiremus et liberabimus. Omnia vero pascua utriusque partis hominibus nostris et hominibus monachorum erunt communia quamdiu pascua fuerint. Concedimus etiam quod et abbas et conventus concesserunt, et nobiscum statuerunt quod terre omnes quæ sunt de proprio territo[r]io de Beu hinc inde inter nos et monachos funiculo metiantur et partiantur per medium, ita tamen ut agricola qui ante partitionem terram diruperit et de nemore extraxerit, quiete eam habeat et excolat et domino, cui terra illa in partem cesserit, campipartem reddat. In molendinis autem nostris quos habemus apud Ulmellos, ni fluvio qui dicitur Blesia, habebunt monachi decimam septimanam in annona et denariis ita libere et quiete sicut nos habemus nostras novem septimanas, quamdiu ipsis placuerit mittere homines suos molere ad illos molendinos ; cum autem noluerint homines suos ad molendinos nostros ire, sed ad alios molendinos molere, in molendinis nostris decimam non habebunt nec reclamabunt. Amplius si aliquis hominum monachorum in molendinis nostris aliquid in moltura forisfecerit, duplicem reddet molturam pro emendatione per manum prioris de Beu. Monachi quidem de annona sua quam molere facient in molendinis nostris ad usum suum et ad usum proprie familie, nequaquam dabunt molturam. Concedimus etiam monachis, rogatu prenominati episcopi, quod ibi capiant decimam suam ubi nos capiemus nostram campipartem. Omnis preterea prepositus de Beu infra triduum quo preposituram acceperit, faciet priori de Beu fidelitatem per sacramentum se legitime et fideliter observaturum illis et successoribus suis omnia jura sua in prescriptis redditibus, sicut in presenti scripto continetur, nec se aliquo modo prepediturum quominus illis ad integrum reddantur. Siquidem ego comes Robertus et Agnes cometissa uxor [mea] et filii mei vel quicumque terram tenebunt heredes nostri ex devotione et recognitione etiam quod sepedictum castellum in terra Gemmeticensis monasterii est situm, singulis annis in festo apostolorum Petri et Pauli decem solidatas cere trademus priori de Beu unde fiet cereus quem [idem prior ad] Gemmeticense monasterium deferat, ut accensus in die festo ad memoriam et honorem ibi effulgeat ; quas decem solidatas [cere prior et prepositi] nostri de Beu in nostris censibus predicti castelli annuatim in festo sancti Remigii accipient, easque homini quem fidelio[rum] repu[taverint et a quo prior ad faciendum] cereum in festo sancti Joannis Baptiste receperit tradendas aptum duximus. Pro quo beneficio et aliis a nobis ipsis monachis collatis jam[jam et conferendis singulis annis

nostra anni]versaria celebrabunt, necnom et heredum anniversaria quicumque post nos terram tenuerint. Quod ut
ratum per succedentia [tempora perseveret presentem cartam sigilli nostri] attestazione communivimus.